Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

[S.l.], 1721

L. 3

urn:nbn:de:bsz:31-127314

Visual Library

68. quae pro sacrificio: quod deest alia hostia, quia nec ratio nec lex, nec auctoritas id probat.

Q. 3.

An panis Eucharisticus debeat esse azymus an fermentatus?

Ass. 1.a Sive panis Eucharisticus sit azymus, sive fermentatus, valide in eo consecratur: adeoque quantum est de necessitate sacramenti, nihil interest, an panis azymus sit an fermentatus, quia uterque est materia sufficiens ad validam consecrationem: est de fide contra Graecos schismaticos solum fermentatum admittentes, & Armenos, solum azymum admittentes, contra quos

Probatur ass. 1.o ex Florentino hanc veritatem definiente his verbis: Definimus, in azymo sive fermentato triticeo pane corpus Christi veraciter confici: sacerdotesque in alterutro ipsum corpus Domini conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae Ecclesiae sive occidentalis sive orientalis consuetudinem.

2do ex usu & praxi Ecclia latina azymum consecrantis; de pane fermentato nullum ē dubium, quin valide consecrari possit, siquidem quoad hunc oēs tam Graeci qm latini, imo & haeretici consentiunt; quare in rectti momenti, utitur tamdiu errasse Ecclia, dementissimum ē asserere. 69

3tio probatur raoē, quia uterque panis triticeus sive azymus, sive fermentatus, ē vere proprie & simpliciter panis, nec alter differunt, nisi solum accidentaliter, sicut vinum album & rubeum. Nec refert, qd panis azymus n̄ sit in usu quotidiano, sicut fermentatus, quia saltem erat in usu Judaeis festis Paschatibus, qui ideo dicebantur dies azymorum. praeterea panes propositionis, qui certo erant azymi, in scriptura sper simpliciter vocantur panes. similiter panis quem Xptus post resurrect. fregit coram duobus discipulis Luc. 24. erat certo azymus, cum tunc essent dies azymorum, & tamen vocatur simpliciter panis. &c.

Denique Xptus Dns consecravit in azymo, nam ut ex Evangelistis constat, consecravit in ultima coena immediate post esum agni paschalis.

70. atque ult. cenam obivit & agnum paschalem
comedit, 1o die azymorum ad vesperam lun.
14ae: quod ex praescripto legis non licebat u-
"ti pane fermentato, ut sup. sect. 1a q. 2
ostendimus quo. deinde non est verisimile, Xpum
qui legalia tam religiose hactenus observarat
voluisse contra legem tunc anticipare, & ad
vesperam lunae 13ae cum Judaeorum scandalo
agnum paschalem manducare, & quidem ritu
indebito, utendo pane fermentato, cum
azymus in illius usu esset praeceptus. quo.

Ass. 2. Necessitate praecepti Ecclesiae tenentur La-
"tini consecrare in azymo, Graeci vero in fer-
"mentato. ita Com.

Constat apert. ex florent. sup. citato, ubi
dicitur, quod sacerdotes debeant consecrare vel in a-
"zymo vel in fermentato unumquemque iuxta
Ecclesiae suae consuetudinem. item ex constit. Pii 5.
in qua teste Tamburino prohibetur, ne Graeci
latino more, & latini graeco ritu missas &
alia divina officia celebrent, quia nimirum
constat sacerdos tam Graecus quam latinus tenet

sb mortli servare ɔsuetude & ritu sue Ecclia, qua in ea celebrat.

Peccat q° mortaliter sacerdos latinus in sua Ecclia ɔsecrans in fermentato, sicut & graecus in azymo ɔsecrans; quia imo tam graviter hoc ptm obligat, ut n̄ sufficiat necessitas viatici pro moribundo, ut liceat celebrare in fermentato juxta coēm sensum D. D. quia cum hoc simntm n̄ sit necrium necessite medii, sed praecepti ttm, n̄ obligat, nisi cum Sctis circumstantiis certo praescriptis & graver obligantbq : unde nec liceret in tali necessite celebrare sine s. vestibq &c.

Nec obstat, qd Graeci dicant, nos judaizare eo, qd azymum offerre Judaeorum sit, quia si judaizare ē facere qd Judaei fecerunt etm Pascha, Pentecosten, & sitia agere judaizare erit.

Caeterum sacerdos latinus transiens p Graecia, sicut & Graecus transiens per terras latinorum, adhuc quivis pt servare ritum sua ppriae Ecclia: siquidem hbt ɔsuetudo recepta etm Romae: attn

72 n̄ teneatur, sed sit Graecus in Ecclesia Lati-
„na consecrare in azymo & latinus in Ecclesia
Graeca in fermentato, ex illa Generali regula,
Quod peregrinus debeat se accommodare legi-
„bus & consuetudinibus communis ~~loci~~ loci
ubi degit.

Adhuc tamen notandum est, quod sacerdos latinus
per graeciam transiens, si vellet ibi conse-
„crare in fermentato, deberet tamen cele-
„brare, idiomate graeco, & ritibus ac cae-
„remoniis ibi consuetis: similiter & Graecus
sacerdos, si vellet in terris latinorum
consecrare in azymo &c. alias enim sacerdos
Graecus latino ritu celebraret,
quod non videtur faciendum.

Verum si sacerdos latinus suscepisset domi-
„cilium in graecia, tunc non teneretur sequi
ritum Ecclesiae Graecae, sicut in simili casu
sacerdos graecus ritum Ecclesiae latinae, nam
per domicilium fit incola, adeoque obligatur
ritibus & legibus loci, ubi permanenter

libitat. Excipe, nisi latini in terris graecorum habeant proprium aliquod templum latini ritus. aut quia graeci apud latinos sit in illo templo celebrans tenetur servare ritum suae Ecclesiae, quodquidem perinde est, ac si in sua propria Ecclesia celebraret.

Q. 4ta.

Quaenam sit materia Calicis?

Sicuti materia remota consecrationis ex dictis est panis usualis, ita quoque materia remota consecrationis est vinum usuale, seu liquor ex uvis maturis expressus. Et quia huic vino usuali saltem ex praecepto Ecclesiae modica aqua admiscenda est, unde 1.o quaeritur, an haec mixtio sit necessaria necessitate sacramenti, an tantum necessitate praecepti. 2do an aqua etiam convertatur in Christi sanguinem cum vino. an haec conversio fiat immediate, an solum mediate quaeritur 3. quod quidem discutiemus in sequentibus nunc a quo materia calicis sit